



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Loca Infesta,|| Hoc est:|| De Infestis,|| Ob Molestantes||
Daemoniorvm Et Defvncto-||rvm Hominvm Spiritvs,
Locis,|| Liber Vnvs.||**

Thyraeus, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1598

VD16 T 1247

Cap. LXXXVI. An sepultura defunctis exhibita, ipsorum Spiritus prohibeat
ad viuentes redire, ijsq[ue] molestos esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61332)

que etiam sint Spiritus, qui expetant; siue illa sint digni, siue indigni. Tum solum prohibentur, quando eadem quidam, iustas ob causas, per Magistratum sunt priuati. vt sunt per Ecclesiasticam censuram excommunicati; & qui ob flagitia in escam cedunt volucris coeli, piscibus maris, aut feris animantibus terræ.

Ex his manifestum est, quid ad exemplum Spectri, quod post exhibitam honestiorem Sepulturam Plinius docet non rediisse ad viuos, nec, vt solebat antea, molestiam eis attulisse, respondendum sit. Velenim priuatum est, & singulare; quod non probet omnes, quibus Sepultura negata est, illam excitaris tumultibus, apud viuentes, vrgere: vel, quod verisimilius est, non humanus fuit Spiritus, sed Diabolicus: qui quamuis post Sepulturam honestiorem molestus esse desit; non tamen Sepultura officium à viuentibus, sed aliud quippiam quæsiuisse credendus est. Sed exemplum Plinij verbis hic libet ascribere. Erat, inquit, Athenis spatiosa & capax domus, sed infamis & pestilens. Per silentium noctis sonus ferri, & si attenderes acrimus, strepitus vinculorum longius primò, deinde proximo reddebatur: mox apparebat Idolum, senex macie & squalore confectus promissa barba, horrendus capillo, cruribus compe des, manibus catenas gerebat, quætiebatq; Inde inhabitantibus tristes diræq; noctes per metum vigilabantur. Vigiliam morbus, & crescente formidine mors sequebatur. Nam interdum quoque, quamuis abscesserat Imago, memoria imaginis oculis inerrabat: longioriq; timoris causa timor erat. Deserta inde & damnata solitudine domus, totaq; illi Monstrò relicta; proscribatur tamen, seu quis emere, aut quis conducere, ignarus tanti mali, vellat. Venit Athenas Philosophus Athetodorus, legit titulum, auditq; pretio, quia suspecta vilitas, percontatus, omnia docetur: ac nihilominus, imò tantò magis conducit. Vbi cæpit aduerserascere, iubet sterni sibi in prima parte domus. Poscit pugillares stilum, lumen. Suos omnes in interiora dimittit, ipse ad scribendum animum, oculòs, manum intendit, ne vacua mens audita simulachra, & inanes sibi metus fingeret. Inuiso, quale vbiq; silentium noctis, deinde concuti ferrum: vitacula moueri. Ille non tollere oculos, non remouere stilum; sed obfirmare animum, auribusq; manum pratendere. Tum crebrescere fragor, aduentare etiam, ac iam vt in limine; iam vt intra limen audiri. Respicit, videt, agnoscitque narrat am sibi efficiens. Stabat; innuebatq; digito similis vocanti: hic cõtra vt paululum expectaret, manu significat, rursusq; ceris & stilo incumbit. Illa scribentis capiti catenis insonabat. respicit rursus idem quod prius inuenientem: nec moratus tollit lumen, & sequitur. Ibat illa lento gradu, quasi grauis vinculis. Postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit: sonitum; desertus herbas & folia concepta signum loco ponit. Postera die